



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

F.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Ordinis Sacerdotalis. Quo Sacerdos privatur per excommunicationem denunciata, & suspensionem ab officio, vel exercitio Ordinum, seclusa tamen necessitate, ut dictum est V. Excommunicationis numero. Non debet esse necessarium unus. † Et idem in casu necessitatis, quando v. gr. quis incidisset in amentiam post peccatum mortale, de quo solum habuisset attritionem, nec petiisset confiteri, ac proinde absolvi non posset, in tali inquam casu, si Sacerdos linire incipiens, peractis duabus, vel tribus unctionibus cum suis formis, moreretur, alius non deberet, neque posset illas repetere, ait Molfesius *tomo 1. tract. 4. cap. 9. num. 54.* Sed alias supplere deberet. Sicuti, si Sacerdos post consecratam Hostiam fatis cederet, alius deberet solum calicem consecrare. Et sic videtur docere D. Thomas *dist. 23. artic. 1.* Veruntamen, quia hoc quamvis probabile, non est certum, benefaciet secundus Sacerdos in hoc casu (ait Maratius *tomo 3. disp. 10. sect. 2. numer. 8.*) si unctiones ab initio repetat; quia id infirmo esse potest utilius; *par. 5. tract. 3. ref. 87.* Si vero infirmus statim decessurus timeretur, posset et unctiones simul à pluribus Sacerdotibus adhiberi: quia ut docet Maratius *ibid. sect. 1. num. 1.* hic in eodem modo est validus, cum inter unctiones partiales ordo non sit de essentia, ac proinde in necessitate licitus. Ita præpositus in *1. p. 7. un. dub. 5. nu. 37. Ibid. ref. 88. p. 9. tr. 7. ref. 56. & p. 10. tr. 15. ref. 81.*

Non excommunicatus aut suspensus.

Non oportet, quod sit unus.

Vnde si ungens moriatur post aliquam unctionem, ait Molfesius, alium reliquas supplere debere.

Maratius putat debere de novo incipere.

Possunt vero in periculo multi ungeri, unus oculum, alium aurem, &c. At nemo ungeri potest seipsum.

Debet etiam minister esse parochus, vel eius licentiã habere.

22. Deinde, minister huius Sacramenti debet esse distinctus à suscipiente: sicut omnia alia Sacramenta, quæ in usu consistunt. Colligitur ex modo loquendi D. Jacobi 5. ibi *Orens super eum, ungentes eum.* Et sanè mutaretur substantia liter forma, si diceretur, *Indulgeat mihi:* sicut mutaretur forma Baptismi ex D. Thom. 7. 66. art. 5. ad 4. dicendo, *Baptizome.* Ita Mercerus in 3. par. *quæst. 32. art. 5. part. 5. tract. 3. resol. 94.*

23. † Rursus extra necessitatem debet esse Parochus, quia ungeri, est actus jurisdictionis † sufficit autem licentia Parochi. Et in necessitate sine licentia: imò

cum resistantia Parochi ministrare potest simplex Sacerdos, etiam Religiosus contra Gavantum, V. *extrema unctio n. 3.* Ita Fernandez *part. 3. c. 10. §. 1. num. 78.* ubi etiam notat, pœnam excommunicationis infligendam in Clement. Religiosis hoc Sacramentum extra necessitatem ministrantibus, incurri etiam à Sacerdote seculari. In quo cum ipso dissentit Victorellus in *append. ad Possen. c. 9.* quia pœnæ sunt restringendæ. *part. 5. to 3. ref. 82.* & ex parte etiam in *part. 3. tom. 4. ref. 170. §.* Notandum. † Adverte hic, quod in necessitate, absente Parocho, tenetur infirmum ungeri ex charitate simplex Sacerdos; non tamen sub mortali. Nisi infirmus confiteri, & communicare non potuisset. Sic Layman *lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 3. ref. 170. cit. §. Ad secundam.* & non debet mitti, ut laicus ungat infirmum, *par. 9. tract. 2. resol. 43.*

Seclusa necessitate.

In qua simplex Sacerdos, deficiente Parocho non tenetur regulariter ministrare sub mortali. Mitti non debet.

24. † Et verò, quicumque ille sit, minister adhibere debet respondentem, & præmittere preces Ritualis. † Sed, si periculum urgeat potest utrumque omittere. Tannerus *tom. 4. disput. 7. quæst. 1. dub. 3. nu. 85. par. 5. tract. 3. ref. 91.* § Notandum est, *part. 9. tract. 6. ref. 46.* Et omittere septem Psalmos pœnitentiales, non est peccatum mortale, dummodo non sit in aliqua Synodo præceptum sub tali peccato; imò in necessitate potest ministrari sine superpelliceo, sicut potest viaticum, *ibid. ref. 46.* Observat etiam Barbosa, *de offic. Parochi, c. 22. nu. 44.* non debere Parochum deferre sacrum oleum absque lumine: nec illud deferre in domum, sive ante unctionem, ut nō dicitur vocatus promptior inveniatur: sive ab illa rediens, ut citius se expediat. Sed hoc utrumque; citra periculum irreverentiæ, aut scandali, non esse peccatum mortale *ibid. initio.*

Debet tandē minister adhibere respondentem, & preces.

Et non deferre oleum sine lumine, aut in domum.

FALSARIUS.

1. † FALSARIUS dicitur, qui in scriptura publica falsitatem committit, qui falsificat scripturam in aliquo, nixus nihilominus publicam.

Aaa 2 veritati,

*Etiamsi nō
tatur pri-
mordio ve-
ritatis.*

*Non enim
licet, amissa
vera scriptu-
ra, consimi-
lem fingere.
Aut similia
facere.*

*Licet tamen
corrige literas
dispensa-
tionum ad
mentem Pon-
tificis.*

*Corrigere
scripturas
secundum
mentem Pon-
tificis non
incurritur
censuram.*

Veritati, dicatur falsarius? verbi gratia facta est apocha alicujus solutionis cū subscriptione testis: amittitur, qui illam reficeret, & loco testis subscriberet, essetve falsarius? Item Petrus mutuat centum Caio pecunia numerata. At Notarius in instrumento non apponit illud pecunia numerata, potest ne novum instrumentum cum illis verbis effingere? Rursus Episcopus concedit Sacerdoti facultatē audiendi Confessiones, & absolvendi reservata: At Magister Notarius in litteris non apponit facultatem in reservata, potest ne ille apponere? Ad quæsitum generaliter negativè respondere Clarus lib. 4. §. falsum nu. 34. Et in particulari duos primos casus concedit Gypsius de casu refer. cap. 13. cas. 2. n. 7. ultimum Bellochius part. 2. quæst. 9. nu. 113. quia ex l. cum filius, §. hares meus ff. de legat. 2. non potest dici falsus, quod juvatur primordio veritatis. Sed ipse par. 3. tract. 6. res. 56. cum Baldo summ. V. Scriptura, nu. 7. & alios doceri, mortale peccatum esse, amissa vera scriptura, similem confingere: quia est contra virtutem veritatis, & cedit in Reipublicæ detrimentum Cæterum probabile est, quod si quis corrigeret litteras juxta mentem Pontificis, ut si supplicatio facta sit pro Petro Panormitano & litteræ expeditæ sint pro Petro Messanenſe si quis litteras conformaret cum supplicatione, non peccaret, nec incurreret excommunicationem Bullæ Cœnæ. Ita Naldus ibi V. falsum, num. 4. part. 5. tract. 14. res. 40.

2. Falsarius quoque est, qui dispensationem Apostolicam, mentitis causis impetravit, in quo casu dispensatio non valet. Sed de hoc vide V. Dispensatio à num. 7.

3. Illicitum est falsificare scripturas, quamquam verum dicant part. 5. tract. 8. res. 61. Sed corrigere aliquam secundum mentem Pontificis in suis litteris non incurritur in Censuram Bullæ Cœnæ, sed fautores, & defensores falsificantium incurritur in pœnam falsariorum non reservatam in Bulla. part. 9. tract. 7. res. 15.

F A M A.

1. **F**ama non læditur injustè, si damnatus ab Inquisitoribus in uno loco publicetur in alio. part. 10. tract. 12. res. 5. Ubi plura requirere.

Detractiones leves ab eodem, vel de eodem ipsius repetitæ uniuntur ad constitutendam infamiam gravem. Cardinalis de Lugo. part. 10. tract. 75. res. 17.

FESTVM SERVARE.

1. **P**receptum de servandis diebus festis duobus completur, auditione Missæ, de qua V. Missam audire, & abstinentia ab operibus servilibus, ut fodere terram, fabri facere, & similia. †

*Servandum
est festum au-
diendo sacrifi-*

2. Et quidem hoc prohibetur Christianis tantum. Unde non damnare dominum, qui prædicta opera imponeret mancipio infideli: quia iste non peccat, cum non tenetur legibus Ecclesiasticis. Qua ratione docuit Laymann. lib. 1. tract. 4. cap. 5. n. 3. licitum esse, imponere opera servilia perpetuo amentibus, quamvis contrarium doceat Fernandez par. 3. mandam. 3. n. 16. part. 5. tract. 4. res. 7. & part. 7. tract. 7. res. 58.

Et abstinendo ab operibus servilibus.

3. Prohibentur etiam diebus festis juramenta cap. 2. de feriis. Ubi Abbas putat prohiberi etiam extrajudicialia. Sed Cajetanus in 2. 2. quæst. 122 artic. 4. cuius sententiam probabilem existimo cū Layman lib. 4. tract. 7. c. 2. numer. 8. putat prohiberi solummodo judicialia, quæ solemniter præstantur coram Judice: nam de tali materia agit textus, & alioquin omne juramentum privatum, ex eo solū quod infesto fiat esset speciale peccatum. Igitur si absit scandalum non peccant Notarii celebrantes contractus in diebus festis. Quod si in festis celebrant contractus rusticorum, qui in profestis absunt à Civitate, Rodriq. tom. 1. cap. 122. num. 3. eos excusat etiam ratione necessitatis: ob quam in parvis oppidis, ait Suarez de relig. to. 1. lib. 3. cap. 30. n. 17. permittit judicia litigantium diebus festis.

Ac iuramentis iudicialibus tantum.

Nam Notarii, cessante scandalo, possunt celebrare contractus.

Maximè rusticorum.

festis, quia in profestis rusticani non ad-
sunt part. 2. tractat. 15. resol. 34. † & refe-
rendo iterum part. 4. tract. 4. resol. 62. §.
Nota etiam †

Quoniam ve-
ro scribere, &
transcribere
non est opus
servile, non
peccant Com-
missarii, &
Notarii, vel
alii, acta
Curie, ser-
mones, & alia
transcriben-
tes.

4. Commissarii, Notarii, & alii offi-
ciales acta Curie transcribentes, sicut
etiam alii transcribentes sermones Præ-
dicatorum, & DD. allegationes pro mer-
cede id diebus festis, non peccant mor-
taliter: quia scribere non est opus servi-
le, cum sit actio de se mentalis, & spiri-
tualis, etiam si non fiat gratia addiscendi
sed sine profectu, & ex mercede: nã hoc
est per accidens, & non est servile. Ita
Suarez de relig. tom. 1. lib. 2. cap. 25. num. 4
contra Cajetanum in 2. 2. q. 122. art. 4. p.
2. tr. 15. ref. 35.

Etiam ex
mercede.
Qua ratio
excusat etiã
Typographos
ordinantes
caracteres.
Pictores.

5. Similiter Typographi characteres
in die festo ordinantes, nõ peccant mor-
taliter: quia hoc etiam est opus de se me-
tale, non servile. Ita Homobonus volu-
min. 1. p. 2. resp. 34. At verò prælo incum-
bere est merè servile, & ideo in diebus
festis illicitum. Ita etiam Homobonus
ubi supra p. 4. tr. 4. ref. 62. Quod etiam de
Pictoribus docet Layman lib. 4. tr. 7. c. 2.
num. 3.

Digladiato-
res.

6. Digladiatores etiam vulgo Scher-
midori artem in die festo exercentes ex-
cusantur à Granado in 2. 2. contro. v. 3. tr.
12. disput. 4. sect. 7. num. 67. existimante
contra Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 28.
num. 8. exercitium armorum non esse
opus servile, sed liberale, sicut saltare,
pulsare citharam, &c. Er ita etiam ego
sentio. part. 4. tract. 4. ref. 230. Immo pro-
babilis etiam est opinio Granado ubi supra
num. 65. contra Suarez, ubi supra, quòd
diebus festis licitum sit bellare, etiam
seclusa necessitate, si Missa audiarur. Im-
mo contra Rodriquez sum. p. 1. c. 126. n.
10. puto id nec esse peccatum veniale.

Et in bello
agg. n. 5. &
alia fabri-
cantes.
Quid de pi-
scatione?

Adde, quod stando in contraria senten-
tia, ferè semper est licitum: quia semper
adest aliqua utilitas, vel necessitas in nõ
differendo bello in aliud tempus: unde
excusantur etiam, qui urbes, & oppida
aggeribus, vallo, & fossa muniunt, &c.
part. 4. tr. 4. ref. 229.

Aucupatio-
ne?

7. Piscatio, aucupatio, venatio secun-
dum aliquos sunt opera de se servilia, ac

proinde illicita Ita Suarez tom. 1. lib. 2.
cap. 28. num. 3. Sed Granado in 2. 2. contr.
3. tract. 12. disputat. 4. sect. 7. numer. 65.
docet venationem ferarum non esse ser-
vilem, licet fiat propter lucrum: piscationem
verò esse servilem, si fiat ferendo
retia, remigando, &c. Filliuc. tom. 2. tr. 17
cap. 9. num. 172. & 173. docet, non esse illi-
citam venationem, piscationem, &c. in-
dustriosam, & ob recreationem: esse ve-
rò illicitam si sit laboriosa, & ex officio.
Adverte etiam, quod Suarez admittit
ratione consuetudinis venationem in
die festo. Non autem piscationem, p. 4. t.
4. ref. 222.

Venatione

Multi multa

8. Computare diebus festivis cum ope-
rariis & illis mercedem solvere non est
illicitum: quia voces, aut recognitio scri-
pturatum, & de se taglie non sunt opus ser-
vile; numeratio verò pecuniæ ex merce-
de præbendæ, est parva quantitas. Con-
trarium docet Marchantius ref. past. ad
Decal. p. 1. c. 3. q. 5. tr. 13. ref. 83.

Item non est
servile com-
putare cum
operariis, &
mercedem
solvere.

9. Iter agere (& consequenter saltare,
choreas ducere, &c.) non est opus servi-
le, quia est actio naturalis in quadam
corporis situatione consistens: quapro-
pter in die festo non est illicitum. Ita
Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 27. num. 2
contra Sorum de justit. lib. 2. quest. 4. ar. 4.
part. 4. tract. 4. ref. 222. §. Notandum. Un-
de agasones, seu muliones inchoantes
iter cum bestiis oneratis in die festo, ra-
to peccant mortaliter. Nam si aliquando
peccant, id est ratione laboris in levando
& imponendo onera, quod est opus ser-
vile: sed hoc ut plurimum fit in parvo
tempore. Suarez verò ubi supra n. 3. illos
excusat solum in continuatione itineris
in profesto inchoati, ratione publicæ u-
tilitatis, vel vitandi proprii nocuenti.
part. 2. tr. 15. resol. 36.

Iter agere.
Saltare.
Choreas
ducere.

10. † Opera servilia in diebus festivis
exercentes excusari possunt: primò, ra-
tione necessitatis: secundò ratione lucri
transitorii: tertio, ratione consuetudinis
Nam festum servare debemus ex lege hu-
mana, quæ consuetudine tolerata a Præ-
latis revocari potest, saltem quoad ali-
quem actum: quarto, ratione pietatis: &
quinto, ex parvitate materiae †.

Vnde mulio-
nes iter in
festo inci-
pientes cum
bestiis oner-
tis raro pec-
cant mortu-
liter.



Qui vero
opera servilia
exercent, ex-
cusari possunt
Aut ex ne-
cessitate, ut
sartores, la-
borantes pro
funere, &c.
Aut ratione
lucri trans-
itorii, ut pisca-
tores halebœ,
& thymno-
rum.
Es secundum
aliquos, bar-
bitonsores.

11. Itaque ratione necessitatis excu-
santur sartores, conficientes in diebus fe-
stis vestes, vel alta pro funere, & inter-
dum etiam excusantur, si post medium
noctis præcedentis, festum laborare co-
guntur, ut vestes promissas perficiant.
Ita Layman. lib. 4. tr. 7. c. 7. n. 2. part. 4. tr.
4. ref. 62.

12. Ratione lucritransitorii concessit
Summus Pontifex in cap. licet de foris pi-
scationem halebœum, quæ uno anni tem-
pore transire solent, quod etiam intelli-
gendum est de piscatione thymnorum,
& piscium similium. Id quod Fernand. p.
1. c. 7. §. 1. n. 6. & Cajetanus summ. V. Fe-
stus dies c. 1. extendunt ad quodlibet lu-
crum transitorium repentinè occurrens:
& ex hoc capite excusant tonsores in die-
bus festis tondentes, propterea quod in
aliis diebus propter occupationes ton-
dendi non accedunt. Quod etiam docet
Homobonus volum. 1. p. 2. resp. 36. p. 4. tr.
4. ref. 62. §. Notandum. Sed supradictam
opinionem improbat Suarez de Relig. t. 1.
lib. 2. cap. 33. num. 9 quia in eo cap. Sum-
mus Pontifex respexit ad utilitatem pub-
licam, & idèd non debet fieri extensio
ad privatam singulorum. Ego verò opi-
nionem Fernandez tunc solum libenter
admitterem, quando utilitas, & lucrum
transitorium cessans esset tanti momen-
ti, ut ejus amissio non mediocriter nocu-
mentum à prudente judicaretur. Ton-
sores verò si barbam unius, vel alterius
radant, excuso ex parvitate materiæ; si
verò radant omnes, ubi adest talis con-
suetudo tolerata, ratione consuetudinis,
p. 2. tr. 15. ref. 34.

Aut ratione
pietatis, ut
laborantes in
eleemosynâ.

13. Ratione pietatis, quamvis magis
placeat sententia Cajetani in 2. 2. q. 122.
n. 4. non excusantis laborantes in die fe-
sto, cum extra necessitatem opus præcep-
tum Religionis non debeat prætermitti;
tamen Palatius in summa excusat ope-
ra servilia exercentes in die festo ratio-
ne pietatis, & propter eleemosynam.
Idem docet Villalobos man. cap. 22. n. 80.
quoad opera servilia quæ secreto fieri
possunt. p. 4. tr. 4. ref. 177. Idemque docet
Marchantius ref. Pastor. ad Decalog. part.
1. cap. 3. q. 2. exemplificans de eo, quila-

boraret in gratiam Templi, vel loci pii, Puella suen-
præsertim si id faciat de licentia Parochi res ad fugien-
part. 5. tract. 13. ref. 83. Excusantur quoque dum otium.
ratione pietatis puellæ in die festo suen-
tes, vel aliud opus facientes ad vitan-
dum orium, & ne ad fenestras se conspi-
ciendas exhibeant. Ita Sà V. festum num.
6. & Homobonus volum. 1. part. 2. resp. 35.
contra Comitolum lib. 4. q. 37. part. 4. to.
4. ref. 62. in fine, & referendo olim p. 3. tr.
5. ref. 8. §. Notandum est etiam hic. Ornan-
tes tapetibus, & auleis Templorum pa-
rietes vulgo paratori possunt hanc artem ornantes.
in die festo exercere, quamvis in præce-
dentibus diebus id facere potuissent. Ita
Bonacina de leg. disp. 5. q. un. punct. 3. nu. 30.
contra Coradum part. 2. q. 233. p. 3. tr. 5.
ref. 8. §. An qui.

14. Ex parvitate materiæ excusantur Aut tandem
opera servilia exercentes in die festo se- ex parvitate
cundum Reginaldum tom. 2. lib. 16. c. 3. materia.
n. 53. si laborent minus integra hora. Se- Vt laborantes
cundum Marchantium qq. pastor. cap. 3. per duas ho-
q. 2. si non laborent per tres horas. Sed ras.
ego puto cum Filiucio tom. 2. tract. 27.
cap. 11. num. 205 paucam materiæ in hac
re esse duas horas. Quod etiam docuerat
Henriquez Compend. cas. moral. cap. 7.
num. 5. & docet novissimè Granada in 2.
2. controv. 6. tract. 2. disp. 2. sect. 6. num. 54.
part. 2. tract. 15. ref. 36. §. Quam part. 3.
tract. 5. ref. 8. in fine & part. 5. tract. 5. ref. 6.
Adverte autem, quod in operibus foren- Non tamen
sibus, & judicialibus parvitas materiæ opus forense
non debet sumi ex quantitate temporis magna consti-
insumpti, sed ex qualitate operis. Unde derationis
vnditio rei magni momenti, cum ma- exercentes,
gna solemnitate celebrata, etiam per quantumvis
parvissimum tempus esset peccatum brevis tempo-
mortale. Quod à fortiori procedit de a- ra.
ctibus judicii. Secus si res vendita esset
parvi momenti, ut vendere calecos &c.
Ita Palaus tom. 1. tr. 9. disp. 2. punct. 3. n. 4.
ref. 6. cit. §. Non desinam.

15. Laborans in die festo non potest Causa festo-
puniri à Judice laico, sed tantum ab Ec- rum ad Judi-
clesiastico, ad quem spectat ad hoc li- cem Eccle-
centiam concedere Et sic declaravit Sa- sticum
cra Congregatio apud Megalium consil. spectat.
97. numer. 2. particip. 4. tractat. 1. resolutio.
94.

FESTVM STATVERE.

Dies festi de iure statui debent cum consensu populi.

Ar ex consuetudine statui solus Episcopus.

Qui in hoc sit parcissimus.

Et non statuat colendū diem Beati nondum canonizati.

16. **E**PISCOPUS non potest sine consensu populi dies festos instituire, ex c. conquestus, de feriis. Unde ait Palatius de contror. lib. 2. cap. 10. quod si ipse solus instituit, non tenentur populi illos servare, id si præcipit servari sub excommunicatione, provocandum esse ad Metropolitanum, vel si ipse est Metropolitanus, ad Papam. Alioqui enim Episcopi instituent festos, quos volent, cum maximo eorum, qui suis laboribus vitant, detrimento. Sed hoc procedit de iure: nam Fagund. præc. 2. lib. 1. cap. 3. n. 11. & alii asserunt, de consuetudine dies festos sola Episcopi auctoritate iudicis, adhibito Clericorum consilio, non suffragio. Et si populi consensus requiritur, sufficienter haberi, quoties non contradicit. Quod autem Episcopus in Synodo dies festos statuere possit, tradit Gavantus in enchir. part. 2. alleg. 105. n. 39. Debet tamen Episcopus esse parcissimus in institutione festorum. Ita Saýrus lib. 7. c. 3. n. 16. p. 4. t. 4. ref. 178.

17. Et quamvis Suarez de Relig. tom. primo lib. 2. cap. 11. num. 4. & 5. doceat, licet Episcopo instituere diem festum alicujus Beati nondum canonizati, quia beatificatio est quedam canonizatio minori apparatu celebrata; Ego tamen contrarium teneo cum Villalobos, & Cartellino de Canon. sancti. cap. 2. p. 106. §. 2. & sequent. Unde, ut Respublica Venerorum festum B. Salonii coleret, à Summo Pontifice Paulo V. impetravit. part. 3. tract. 5. ref. 9. Ideo neque ab Episcopo festum potest transferri; ita Gavantus, quidquid dicat Pater Gobat. part. 10. tract. 16. resol. 7.

F I D E S.

Fidei definitio.

Materia.

Divisio.

1. **F**IDES definiti potest, assensus eorum, quæ Spiritus sanctus Ecclesie revelavit, quia spiritus sanctus revelavit, Fidei materia est omnis veritas revelata, quæ in Sacris scripturis, traditionibus Apostolicis, Conciliis approbatis, & declarationibus Summi Pontificis quatenus talis, continetur. Alia est implicita, qua quis credit quid-

quid tenet Ecclesia: alia explicita, qua quis credit fidei veritates in se ipsis distincte, ut Trinitatem divinarum Personarum, Unitatem Essentia, &c.

2. Jam verò, nemo tenetur habere fidem explicitam omnium, quæ credenda sunt. Est enim ferè impossibile omnes articulos, & veritates scripturæ, Conciliorum, &c. ab aliquo sciri. Sed satis est quod quisque aliquos credat in particulari, & explicitè, pro qualitate scientiæ, & personæ, reliquos verò implicitè, id quod est necessarium necessitate mediæ. Nam, sine fide impossibile est placere Deo.

3. Mytheria Circumcisionis, adventus Magorū, & missionis Spiritus sancti non oportere explicitè credi, docet Tannerus in 2. 2. disp. 1. q. 7. dub. 3. n. 68. Et ideo ait Coninch in 2. 2. disp. 14. dub. 10. n. 190. dicta mytheria ignorantes non peccare mortaliter. Idem de Communionis Sacramentorum ait Villalob. 1. 2. tract. 1. disp. 4. n. 3. Contra Turtian. in 2. 2. 1. disp. 28. dub. 1. Idem de Creatione mundi in tempore Suárez de fide disp. 13. sect. 4. n. 96. Et probabilem esse opinionem multorum idè dicentium de Virginitate B. V. post partum quamvis oppositum sit probabilius. Substantiam, & rationem Baptismi, Eucharistiæ, & Pœnitentiæ omnes explicitè scire debent. Sicut etiam aliorum Sacramentorum, quando quis ea suscipere voluerit. Ita Villalobos ubi sup. n. 4. & alii contra Lorcam in 2. 2. q. 2. art. 8. disp. 23. mem. 1. n. 19. p. 3. r. 5. ref. 48.

4. Trinitatis, & Incarnationis fidè Sacramentorum, quando suscipiuntur. Fides S. Trinitatis, & Incarnationis debet esse explicita in adultis. Sicut aliorum Sacramentorum, quando suscipiuntur. Fides S. Trinitatis, & Incarnationis debet esse explicita in adultis. Quamvis quod plerumque evenit in rudis, & probabile sit. Unde ait Azorius tom. 1. lib. 8. c. 6. aliquos valde rudes ex- perire mysteriū Trinitatis, satis est, quod cursari, credat.

Necessitas.

Fides explicita circum-
cisionis, ad-
ventus Mago-
rum, & des-
centus Spi-
ritus sancti,
non necessa-
ria.

Sicut nec cõ-
munionis
Sacramentum.
Quid de fide
creationis in
tempore.

Et Virgini-
tatis Maria-
post partum
Fides expli-
cita Baptis-
mi, Euchar-
istia, Pœni-
quoad
substantiam
necessaria.

Sicut aliorum
Sacramento-
rum, quando
suscipiuntur.
Fides S. Trini-
tis, & Incarna-
tionis debet
esse explicita
in adultis.

Quamvis
quod plerumque
evenit in rudis,
& probabile sit.
Unde ait Azorius
tom. 1. lib. 8. c. 6.
aliquos val-
de rudes ex-
perire mysteriū
Trinitatis, satis est,
quod cursari,
credat.

credat explicitè alios clariores, scilicet, Christum filium Dei, natum ex Maria Virgine, passum, crucifixum, &c. Et Tāncr. ubi sup. dub. 2. n. 49. quòd, qui nullo pacto ea mysteria cōcipere potest, comparandus est in hac re cum fatuis, & infantibus, quos præceptum non obligat. Vide Sanch. ubi sup. c. 3. num. 18. & 23. docentem, quomodo rudes dicantur explicitè credere, etiam si substantiam articulorum non percipiant. *part. 3. tract. 5. ref. 49. & referendum iterum in part. 5. tr. 13. ref. 84.*

Qui etiam excusantur à mortali si ignorent. 5. Nota etiam hic, quod quamvis fides les suadendi sint, ut Symbolum, Decalogum, Ave Maria explicitè sciant, & memoria retineant, sicut etiam signaculum Crucis: non tamen est peccatum mortale, sed veniale, illa nescire, dummodo illorum substantia sciatur, & intelligatur. Ita de primis quatuor suar. *de fide disput. 11. sect. 5. num. 8. contra Palatium in 4. diff. 15. disputat. 19.* & de signaculo Crucis Sanch. c. 3. n. 14. contra Villalob. in sum. tom. 2. tr. 1. diff. 4. n. 12. *part. tract. 5. resol. 48.* Et tandem, & olim *part. 2. tract. 16. ref. 12.*

Fides interna quoad habitum semper necessaria. Quoad actum non item. 6. † Fides necessaria est, tam interna, quam exterior illius confessio †. Et quidem interna quoad habitum semper est necessaria: quoad actum ait Villalobos *diff. 2. num. 2.* per se obligare infidelē, quando sibi Fides sufficienter proponitur: pueros baptizatos nutritos inter fideles cum ad usum rationis pertingunt, & Fidei mysteria audiunt necessario credenda Item quando fidelis tentatur de Fide, ut tentationi resistat. Addit Mendoza in 2. 2. *diff. 93. §. 5.* contra Sanchez *cap. 1. n. 2.* obligare etiam fidelem in articulo mortis, unde tunc à circumstantibus ad actus fidei excitari solet. Item, & intra singulos annos ad conservandum habitum. Per accidens autem ait Villalobos ubi sup. adesse obligationem eliciendi actum fidei, quando instaret præceptum illam exterius confitendi. Item quando recuperanda est gratia amissa: nam ad hanc requiritur spes, ad spem Fides. Et cum ad esset periculum com-

Sed aliquando per se.

Et aliquando per accidens.

mittendi aliquod peccatum in alia materia: si actus Fidei non eliceretur, *part. 5. tr. 13. resol. 19.*

7. Præceptum exterioris confessionis fidei non semper obligat ad respondendum infideli interroganti, an aliquis sit Christianus. Sed regulariter tunc solum quando Fidei confederet in Religionis injuriam, aut proximi nocumentum. Ita Banez in 2. 2. *quæst. 3. art. 2.* In aliis autem casibus potest quis interrogantem aliquo pacto eludere, non tamen negare, se esse Christianum. Ita Filliuc. *tom. 2. tract. 22. c. 3. num. 65. p. 3. tr. 5. resol. 49 in fine.*

8. Professio fidei emittenda est ex Trident. *sess. 24. c. 12.* ab omnibus provis de beneficio curato infra bimestre à die possessionis, sub pœna amissionis fructuum. Sed hæc pœna non incurritur ante sententiam. Et qui ex ignorantia vel inadvertentia omisit, nec post sententiam solvere tenetur in conscientia. Ita Villalobos *tom. 1. tractat. 1. diff. 6. numer. 6.* Qui addit, non solum ab his dictam professionem fieri posse per Procuretores, sed etiam ab Episcopo. Sed Bonacina *de elect. distinct. 50. num. 3.* & alii dicunt, professionem fidei fieri debere per semetipsum, & sic declaravit Sacra Congregatio ann. 1620. teste Barbosa in *summ. V. Professio fidei 1. §. 5. tr. 14. resol. 23.*

9. † Quamvis autem non semper sit necessarium, fidem exterius confiteri, est tamen semper necessarium, non ostendere per se aliquam sectam. Sed his non obstantibus. † Existimo cum Sa. *V. fides numer. 5.* contra Cajetanum in 2. 2. *quæst. 3. art. 2.* licitum esse ob periculum mortis, ob justam ab hoste victoriam reportandam, vel ob aliam causam gravem, & necessariam, uti in terris Turcarum pileo cum tobalea alba, & Romæ cum signo flavo more Judæorum: nam hujusmodi signa non sunt de se protestativa falsæ Religionis, sed sunt res de se indifferentes. Unde nec continent mendacium, nec fidei negationem, sed occultationem tantum cum materiali simulatione. Confirmatur: nam, quem admodum

Fides externa non obligat ad proficendum cuiusque, & semper.

Sed quando ita exigat Religio honor aut proximi necessitas. Episcopi, & beneficiati curati in ingressu ad beneficium tenentur emitte fidei professio- nem.

Licet ob magnam causam uti pileo cum tobalea alba in terris Turcarum.

Vel cum signo flavo

mora lu-
daorum.
Non tamē
vestibus
per se ordi-
natis ad
cultum sal-
sa secta.

admodum verbis, vel signis æquiuocis
possumus ad libitum vti vel pro princi-
pali significato, vel pro alio, etiam si ab
audiente aliter intelligatur, & hoc ad
occultandum secretum: Ita in casu no-
stro, par 3 tr 5. ref. 49. & iterum referen-
do in part. 7. resol. 33. Plus addit Sanchez
c. 4. num. 10. nimirum licere vti vesti-
bus, per se primo de puritate ad supersti-
tiosum cultum alicuius falsæ sectæ, nam
semper retinent communem aptitudi-
nem regendi corpus, ad quem finem po-
test quicumque illa usurpare, contem-
pta quacumque alia hominum institu-
tione, & deceptione. etiam si inde le-
quatur scandalum. Hæc opinio est pro-
babilis, sed contraria Suar. de fide d' sp. 14.
sect. 5. num. 12. probabilior ref. 49. cu. 8. Sed
plus & referendo postea in part. 5. tract.
7. ref. 34.

Sed an li-
ceat fingere
falsam sectam
utendo il-
lius carri-
monis cu-
curtis cau-
telis:
Lorca affir-
mar.

10 Nota hic ex Lorca in 2. q. 6. disp.
24. num. 4. licere etiam falsam Religio-
nem fingere utendo carimonis, quibus
illa vtitur in suo cultu, non quatenus ra-
libus, sed ob alium finem, & hanc cau-
sam etiam si fiat ad hoc, vt videntes
credant, illa usurpari, vt carimoniam il-
lius Religionis. Dummodo tales sunt, vt
ratio cultus ab ipsis separari possit. seculi
dd, vt absit scandalum: & terrore tali
vlu obscureretur confessio fidei debita.
Ratio autem est, quia hæc non est, nisi
simulatio, aut potius dissimulatio. Sed
an hæc opinio sit probabilis, alij iudi-
cent: nam illam nouissime impugnatur
Coninch de fide d' sp. 14. dub. 3. num. 28. f
Et damnauit Sacra Congregatio S. Of-
f. iij. Et sanè scandalum in hoc casu ces-
sare non potest. * Licet tamen est in
exercitu, vel classe consueta Turcarum
vexilla erigere, etiam si esset signum Ma-
hometis. Ita Tannerus in 2. 1. quæst. 3. art.
2. disput. 1. quæst. 7. dub. 120. contra Azor.
rom. 1. lib. 8. c. 27. quæst. 6. part. 3. tr. 5. ref. 49.
& Notandum est etiam. Licetum etiam est
ex dictis, vt plurimū comedere cibos ve-
titos inter hæreticos, & infideli-
um ad eum tantum graue dan num, dum-
modo absit scandalum & præcepti Ec-
clesiastici contemptus. Nam signum ci-
borum, licet aliquo pacto fideles distin-

Summa Diana.

guar ab infidelibus, non est tamen in-
stitutum ad falsæ fidei professionem. Ita
Sanchez cap. 4. num. 25. part. 5. tract. 7. ref.
35. Imò Duall. in 2. 2. de fide quæst. 3. art.
2. concl. 2. asserit Catholicos Angliæ res-
cendendo carnis in Quadragesima, & in
diebus Veneris, non peccare, quamuis
talis elus fuerit introductus in protesta-
tionem Evangelicæ libertatis. Cuius
rationes videbis apud ipsum. part. 5. tr.
7. ref. 33. in fine. Sed in nullo pacto ad-
mittendum est. An verò liceat ex gra-
ui magis idolum Ethnicis, & synagogam
Iudæis construere, agnum vendere, &c.
vide V. Peccato cooperari, à num. 7.

tandū gra-
ue damnū.
Nisi alicu-
bi vsus ta-
liū ciborū
introducitur
si in prote-
stationem
hæresis, vs
in Angliæ.

FILIVS.

1 Filius plebei adoptatus à viro no-
bili non gaudet nobilitate, sicut
qui à patre nobili, & matre ignobili na-
tus est. Diana part. 9. tract. 7. ref. 83.
2 Filius Ciuis natus antequam pater
in numero Ciuium sit adscriptus, gaudet
parris priuilegio. p. 8. tr. 7. ref. 39.
3 Filius non obligatur in conscientia
soluere pecuniam mutuo acceptam à
patre. Valerius, etiam si mutuum sit ver-
sum in vtilitatem pupilli. Escobar, part.
8. tract. 7. ref. 7. part. 9. tr. 9. resol. 13.
4 Filius pauper habens patrem, &
filium diuites debet à filio petere alime-
ta, & non à patre: Sicut habens patrem,
& filium pauperes in extrema necessi-
tate potius patri, quam filio tenetur
subuenire. Machad & alij par. 10. tract.
13. resol. 3.

Filius gau-
det priuile-
gio patris.
Secus de
plebeio ad-
optatus.
Non tene-
tur soluere
mutuum à
patre ac-
ceptum.
Filius pau-
per debet
petere ali-
menta à filio
diuite, &
non à patre.

FORNICATIO.

1 * FORNICATIO est species lu-
xurix, & definitur potest. Con-
cubitus hominis soliti cum muliere sol-
licita. Est peccatum mortale. At enim
Apostolus ad Ephes. 5. Omnis fornicator
non habet hereditatem in Regno Chr/isti.
Dati tamen potest de ea ignorantia in-
uincibi-

Fornicatio
quid
An sit mor-
tale?

Bbb

uincibi-

vincibilis, quæ excuset à mortali: Ita Tannerus in 1. 2. disputat. 4. quæst. 9. dub. 1. num. 14. part. 4. tractat. 2. resolut. 35. An sit peccatum, optare, ut fornicatio esset licita, dictum verb. *Desiderium prauum.*

Et an igno-
rancia à pec-
cato mor-
tali excu-
sare possit?
An mulier
obtinere
possit vim
impudici-
tiam pati
suspendendo
consensum.

Qui fornicationem cum eadem persona frequentat, dicitur concubiniarius, qui an absolui debeat ante concubinam expulsam, vide verb. *Confessarius*, à numero 36.

Cæterum fornicationem vi patitur, repugnando vi, conatu, clamoribus, & cum animo non consentiendi, non est mortale. Ita Tannerus disput. 2. quæst. 1. dub. 4. num. 36 & alij. Et quamuis mulier fornicationi violentæ cooperari non possit ex quouis periculo, tamen ad vitam, mortem, infamiam, &c. potest externam corruptionem pati, non consentiendo, & merè passivè se habendo, quæ dum non vult consentire, & facit quod potest, non tenetur mori, dehonoriari, &c. Præceptum enim resistendi est positivum quod non obligat in omni euentu, sed iuxta mensuram rationis, & quando non adest tantum periculum. Ita Molfesius tom. 1. tractat. 8. cap. 2. num. 38.

Quæ doctrina procedit contra Salas in part. 2. tom. 1. tractat. 3. disputat. 3. sect. 1. num. 31. Quando non adest periculum consensus: nam cum tali periculo nullo pacto licet; exponere enim se periculo consentiendi est in se ipso malum, præcepto negativo prohibitum, quod obligat in omni euentu, & cum quouis incommodo. part. 3. tractat. 6. resolutione 31. Et in *Addis. secundò, resolutione 27.*

Et an for-
nicatio in-
ter Religio-
fos sit cõtra
bonum cõ-
mune?
3. Peccatum fornicationis inter Religiosos est contra bonum commune, si læpius fiat, ita Miranda tom. 1. quæst. 11. art. 2. conclus. 1. Idem docet de crime nefando Pitigianus cap. 11. *Addis. lit. A.* Valerius verò verb. *Inquisitio diff. 1. num. 6.* tunc hæc peccata esse contra bonum publicum, inquit, quando timeri potest publicatio, secus si fiant cum tali persona, & modo, ut verisimiliter credantur nunquam detegenda fore. Aduerte verò, quod quamuis hæc peccata sint contra bonum publicum, debent nihilominus fraternè corrigi, si speratur fru-

ctus, quod etiam in casu hæresis, & sollicitationis docent multi Doctores. part. 3. tractat. 2. resolutione 69. Et part. 7. tractat. 3. resolutione 62.

4. Fornicatio est per se mala, neque villo vnquam casu posse esse licitam, sic etiam de pollutione dicendum est, & si licet desiderare ob sanitatem, non licet eam procurare. Vasquez part. 9. tractat. 9. resolut. 59. Nec de ea datur, ignorantia inuincibilis apud Christianos §. Nota tamen.

F V R T V M.

FURTUM est iniusta ablatio rei *Furtum est* alienæ invito domino. Est ex prohibitum suo genere peccatum mortale, & prohibetur in septimo legis præcepto, *Non furaberis.* Et quidem furtum propriè dicitur, quando res aliena sumitur, domino ignorante. Quando verò accedit violentia, dicitur rapina. †

2. Porro hoc præceptum de non furando, ait Albertinus Rubric. de har. in 6. quæst. 8. num. 9. & cum eo multi viri docti, non habere locum in Christianis. Et, non habere locum in Christianis insipientibus res ab infidelibus cõsensu Principum. Itaque captiui, iniuste ab infidelibus detenti, possunt à dominis particularibus absque iniustitia furari, quantum sufficit ad congruam compensationem pro iniuria captiuitatis, mercede seruitutis, cessante damno emergente in suis negociationibus, & bonis ob absentiam à patria, etiam pro sufficientia redemptionis, tã à dominis suis, quã ab aliis, eiusdem Republicæ, siue Iudæis, siue Turcis. Ita aliqui Theologi in Congregatione de Propaganda Eide apud Peyrinum *pru. Minim. tom. 3. tract. 4. num. 29.* Immo probabilis est opinio Lublini quod Turcarum mancipia possint subripere quæcunque voluerint, ex tacito sui Principis consensu. Quod quamuis doceat de mancipiis quia Christiani manentes in terris Turcarum, ut plurimum sunt mancipia, extendendum tamen est cum Molina, de iust. tom. 1. tractat.

tractat 2. disputat. 37. num. 1. & aliis ad quemlibet Christianum. Et idem dicitur cum Sanchez *opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 5. n. 38.* quoad vectigalia à Turcis imposta, quod nimirum fraudari possit à Christianis Et ratio horum est, quia Turcæ sunt hostes publici, & bona Christianorum tyrannicè possident. Unde Principes Christiani habeat ius bellum ipsi gerendi, eòsque iure belli rebus suis spoliandi. Præsumitur autem adesse consensus Principum, quod omnes illorum bona surripiant, eorumque vires debiliores reddant. Limita prædicta, nisi sequatur scandalum, vel damnum aliorum Christianorum. Item nisi interueniat mendacium, conscientia erronea, aut fractio fidelitatis, vt si quis Turcæ haberet saluū conductum. In quibus casibus Christiani furantes bona Turcarum peccarent, & si cum Turcis inirent foedus, vel aliquod saluum conductum, teneretur ad restitutionem, quia in his furtis nullo pacto præsumi potest consensus Principis Christiani. In aliis casibus Medoza *quæst. 8. post 7. concl. & conclus. 8.* & alij illos excusant à restitutione: tum quia restituendo auferent vires hostibus Ecclesiæ: tum etiam, quia præsumitur consensus Principis quoad substantiam, si non quoad modum *part. 5. tract. 13. resolutione 98.*

Licet etiã furari in necessitate. In peccato furti datur parua materia.

3 Hoc etiam præceptum non habet locum in extrema necessitate, in qua omnia sunt communia. Vide *verb. Pauper.*
4 † Regulariter autem, vt supra diximus, furtum est peccatum mortale, nisi excuset paruitas materiæ, vel alia circumstantia. Et quidem paruitas materiæ excusat à mortalitatem in furto Reliquiarum, quæ secundum Palaum *tom. 2. tractat. 8. disputat. 1. punct. 6. num. 19.* non tam ex quantitate, quam ex dignitate, & æstimatione pensari debet. Et accipiens Reliquias ab Ecclesia etiam de licentia Episcopi, vel Præpositi, non excusatur à furto sacrilego: nam hi non habent illarum dominium. Ita Sanchez *in summ. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 23 part. 5. tractat. 5. resolut. 35.*

Quantitas 5 Sed quænam quantitas pecuniæ,

vel alterius rei temporalis sufficit ad peccatum mortale? Respondeo in hac re quot capita, tot sententiæ. Nauarr. *man. eadem in cap. 17. num. 4.* ait, esse dimidium regalæ Salonius *in 2. 2. tom. 1. qu. 66. art. 6. contr. 1.* vnum argenteum. Medina *in part. 2. qu. 88. artic. 8.* duos. Valentia *tom. 3. disp. 5. quæst. 10. punct. 16.* tres. Vega *summ. tom. 1. c. 129. num. 12.* quatuor, vel quinque. Molina *de iust. tom. 3. disputat. 685.* quantum satis est ad conducendam operam fossoristarum vnus diei, circa ordinarios. Marchantius *resol. post. ad Decalog. cap. 7. quæst. 1.* victum vnus diei eius personæ, à qua quis furatur. Rodriquez *sum. 10. c. 118. num. 27. 29.* duos aureos. Bannez *in 2. 2. quæst. 66. art. 6.* maiorem quantitatem: ex quibus opinionibus prima est nimis rigida, duæ vltimæ nimis laxæ. Probabilior est Bonacina, qui de *conter. disputat. 2. quæst. 8. punct. 1. num. 7.* distinguit quatuor genera personarum. Primum, illustrium, & splendide viuentiū. Secundum, communium, & viuentium ex redditibus. Tertium, mechanicorum, & labore viuentium. Quartum, mendicantium. Respectu ergo personarum primi generis ait, quantitatem notabilem, vt minimum esse nummum aureū: Respectu secundi generis, quatuor regales plus minusve. Respectu tertij, duos. Et tandem respectu quarti, vnum. *part. 1. tractat. 17. resolutione 5. 7.* Et cum hac opinione videtur concedere opinio Marchantij *part. 5. tr. 5. resol. 34.*

6 Porro doctrina supradicta procedit quoad externos. Nam de furtis filiorum, & Religiosorum aliter philosophandum est, plus enim in his quam in illis requiritur ad furtum mortale. *Ibid. in fine.* Itaque, omnia opinione Rebellij *part. 1. lib. 3. quæst. 15. sect. 3. num. 22.* & aliorum communiter quod in Religiosis sufficit, quod sufficit in secularibus: item opinione Mirandæ *tom. 1. quæst. 28. art. 17.* qui id non determinat, sed determinandum relinquit in particulari pro temporum, locorum, & personarum varietate: Mendoza *quæst. 8. post. de pauper. relig. concl. 9.* qui ponit, sufficere duos argenteos: & Fauli *lib. 3. quæst. 193. num. 21.*

Bbb 2

Et quando filius furatur à patre & Religiosus à monasterio, maior quantitas requiritur.

qui

qui in Monasteriis ditissimis dicit esse tres argenteos, in mediocribus, duos, in pauperculis, vnum: mihi placet opinio Sanchez summ. tom. 2. lib. 7. cap. 20. num. 3. ¶ Requiritur saltem quatuor argenteos. Sed Ledesma add. ad summ. tom. 2. ca. 4. ait non sufficere octo, vel nouem regales de rebus monasterij, vel particularis Religiosi, si semel aut bis in anno sumantur. Et in comestibilibus plus requirit. Et tandem Rodriguez tom. 4. cap. 148 num. 27. & 29. & ante illum Sotus, dicunt requiri quantitatem aureorum duorum. Sed hæc opinio videtur laxa. part. 1. tractat. 5. resolut. 30.

Sed multa furtamodica faciunt vnum mortale. ¶ Cæterum multa furta parua ex DD. communi coalescunt ad faciendū vnum graue mortale. Vnde si quis paulatim modica surripserit, & in vltimo furtulo complente materiam peccati mortalis recordaretur præteritorum, peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem.

Varia sententia. Quia incipit esse iniquus detentor rei alienæ in notabili quantitate inuito domino. part. 5. tractat. 5. resolutione 52. in fine, & olim. part. 1. tractat. 6. resolut. 34. Teneretur autem sub mortali non ad totam quantitatem, sed tantum ad illam, qua ablata, furtum non remaneret notabile. Ita Atagonius in 2. 2. quæst. 66. art. 6. & Granadus in part. 2. contr. 0 tractat. 2. disputat. 2. sect. 3. num. 51. putat, quod si furans vltimum obolum, haberet animum statim illum restituendi, non peccaret mortaliter, quia illa modica retentio non esset notabilis iniuria. Et idem si obolos priores consumpserit, & haberet animum restituendi, quando fiet ditior. part. 3. tractat. 6. resolut. 25. Immo dicitur verb. furtum num. 8. & Benaducius part. 1. cap. 1. numero 28. absolute docent modica furta nunquam coalescere ad constituendum mortale, & inducendum onus restitutionis, nisi procedant ab eadem voluntate continuata.

Verior est affirmatiua, adhibitis certis circumstantiis. Nam alioqui multa venialia non consistunt in vnum mortale. Verum, stando in prima sententia, quam sustinemus, limitanda videtur primò, tunc furta modica coalescere in vnum, quando fiunt in eodem genere negotij, & animo

diretendi, vt contingit in vendentibus oleum, & similia. Secundò, quando non sit magnum interuallum inter ipsa, quod secundum Sanchez summ. tom. 2. lib. 7. cap. 21. num. 10. est spatium vnus anni secundum Filliuccium tom. 2. tr. 31. cap. 10. n. 144. probabilius, vnus mensis, vel dimidij. Tertio, maiorem quantitatem requiri ad mortale in furtis minimis, quam in alijs, & eo maiorem, quo plures sunt domini, quia tunc sunt minus inuiti. Ita Sanchez num. 17. Puto autem requiri quantitatem duplo maiorem. Et tandem id non procedere in modicis furtis fan ulotum, & ancillarū de rebus comestibilibus ordinarijs, quæ claudij non solent, non vt illa vendant, sed comedant. Ita Lessus lib. 2. cap. 12. dub. 8. n. 48. & Bonacina de larg. disp. 1. punct. 5. n. 7. resolut. 34. cit. sit quod dictum est de famulis, dico etiam de Religiosis cum Bonacina. Ibid. part. 1. tr. 6. resolut. 55.

8 Qui post notabilem quantitatem per minima furta sublatam, addit furta alia parua secundum Sanchez num. 7. committit noua peccata mortalia: quia renouat implicite voluntatem retinendi rem alienam in quantitate notabili. Filliuccius num. 246. hoc negat, quia talia furta non consummant notabilem quantitatem, sed consummata augent, donec accedat alia summa notabilis in qua erit nouum mortale. Megala in 2. 2. lib. 2. cap. 1. quæst. 3. n. 35. distinguit, & si in interrupta voluntate id faceret, non peccare mortaliter, peccare verò si continuata voluntate non restituendi. Omnes hæc opiniones sunt probabiles, & tutæ. part. 2. tract. 17. resolut. 43.

9 ¶ Si plures conueniant ad furanda multa modica constituenta notabilem quantitatem, vnusquisque peccabit mortaliter. Nam cum non sit maior ratio in vno, quam in alio, totum damnum imputatur singulis. * Quod si vnusquisque seorsim modicum acciperet ab eodem, quamuis alios sciat id facientes non tamen illos iuaret, hortaretur, & c. probabilis est opinio Sanchez n. 22. & aliorum contra Vasq. in part. 2. tom. 2. disputat. 146. cap. 2. num. 5. & DD. communiter,

Sed an, qui peccat mortaliter in multis modicis, se per peccet mortaliter furando noua modica? *Varia sententia.* *Omnes probabiles.*

Multi furantes ex conditio multi modica singuli peccant mortaliter. *Secus, si id seorsim & priuato animo faciunt.*

non peccare mortaliter. Nam non peccat mortaliter ratione sui furti, est enim modicum; nec ratione alieni, quia ad illud non concurrit, & præter ipsius intentionem est, quod suum cum aliis iungatur *part. 2. tractat. 17. resolut. 42.* Ob quam etiam rationem dicendum cum Vasquez *ibid. num. 6.* contra Bonacinam *de contr. disputat. 2. quest. 8. punct. 2. num. 5.* eum, qui modicum furaretur a Petro, a quo alii notabilem quantitatem surripissent, non peccare mortaliter. Nam is non esset causa notabilis damni, quia iam illatum erat, & furtum suum est partium. *part. 2. tractat. 17. resolutio. ne 41.*

Non bene
ait Valer.
licere om-
nibus in-
gredi alio-
nam vine-
am & v-
uas come-
dere.

10 Adverte quod Valerius *verb. Peccatum diff. 23.* ait, licere, absque vlla culpa ingredi alienam vineam, & vnum, vel alterum racemum comedere, ex Deuteronomio. 23. ubi dicitur; *Ingressus vineam proximi tui, comede vnas quantum tibi placuerit, foras autem ne offeras tecum.* Sed si hæc opinio esset vera, vix vinearum dominis. Nec video cur non idem dicendum esset de pyris, ficis, pomis, &c. *part. 3. tr. 6. res. 20.*

Furtum
rei sacræ
est sacrile-
gium.

11 Furtum rei sacræ, aut de loco sacro, est sacrilegium. Quod ad alias furti circumstantias in confessione explicandas, vide *verb. Circumstantia ubi.*

12 Volenti furari à paupere licitum est proponere minorem iniuriam, quàm inferret furando à divite. An etiam consulere, ut à divite potius quam à paupere, nummos surripiat. Vide *verb. Scandalum, num. 5.*

Sipromul-
gatur cen-
sura cõtra
non reve-
lantes si-
rem & sur-
est filius a-
ius, qui
bona am-
sit, nemo
iunctur il-
lum, vel
eius com-
plices re-
velare.

13 Quando promulgatur monitorium, ut reveleetur furtum factum de bonis certæ personæ, non tenetur quis revelare filium talis personæ, si ille furatus esset, nisi constet mentem patris esse, ut etiam filius, si reus sit, manifestetur. Nam pater nunquam præsumitur velle filios diffamare. Ita contra Naldum *verb. Excommunicat. num. 8.* & *verb. Filius num. 3.* Raynaud. *de monit. par. 1. cap. 3. quest. 14.* Qui tamen id non extendit ad complices. Sed hoc etiam est difficile, nam eo ipso quod revelan-

tur socii, & complices, certum moraliter est detegendos esse filios *p. 5. tract. 13. res. 69.*

Ex furto oritur obligatio restitutionis tam in iure, quam in concussis, de qua re vide *verb. Restituere quis teneatur ex iniusta actione.*

14 Siquis furatur aliquem librum historiarum ex bibliotheca Regularium peccat, & tenetur illum restituere, et si habeat animum duplum largiendi Monasterio. Diana *part. 10. tractat. 13. res. 41.*

GABELLAS
Imponere.

1 **A**D gabellarum iustam, & licitam impositionem requiritur iustitia, tum ex parte causæ efficientis, ut qui illas imponit sit supremus populi dominus, alium superiorem in temporalibus non agnoscens, quales sunt Papa, Imperator, Reges, multiq; Duces, ac Republicæ, vel alii inferiores de licentia Papæ, aut Principis supremi: tum ex parte causæ materialis, quæ duplex est, mediata, ut est persona, & immediata quæ sunt illius bona: tum etiam ex parte causæ formalis, & finalis. Si ex omnibus his capitibus adsit iustitia, quam explicabimus, gabellæ licite imponentes & eas imponentes excommunicantur in quinto Canone Bullæ *Coenæ.*

Gabella
non possunt
imponi
absq; metra
excommu-
nicationis
nisi iusta
sint.

2 Circa causam materialem remotam, illicita est omnis gabella imposta super rebus Ecclesiasticorum, & illam imponentes incuriunt excommunicationem *cap. quamquam, & Bullæ Coenæ can. 8.* ut docet Duardus *in Canon. 5. quest. 6. num. 15. par. 1. tractat. 2. resolut. 48.* Non solum si imponatur super bonis Ecclesiasticis, sed etiam super patrimonialibus: nam ubi canon dicit imponentes decimas, &c. personis Ecclesiasticis, ac eorum Ecclesiarum bonis, distinguit distinctionem eorum à dictione Ecclesiarum, vnde cadere non potest, nisi in bona pa-

Et nun-
quam erit
iusta, si tã-
gant Eccla-
sticos.

Etiam quo-
ad patri-
monialia.